

Nicolao dei gracia vpsalensi archiepiscopo, Tres oras terre in Runusum parochie Eed, et duas oras terre cum dimidio solido in Gømynge parochie Aggoholm, pro octoginta Marchis denariorum monete vsualis in swecia. et vna lesta annone. vendidisse, De Quibus octoginta Marchis et annona predicta. michi idem pater et dominus integraliter satisfecit, In Cuius Rei Testimonium sigillum meum presentibus est appensum, Datum apud Munzsø. Anno domini. M^o. C^oC^oC^o. XIII. in die beati Olauj Regis et Martiris.

På frånsidan: Super III oris terre in rynasum et II. oris terre cum dimidio solido in gømynge. Sigillet bortfallet från den ur brevet klippta remsan.

1933.

1313 d. 29 Juli.

Skeninge.

BENGT PETERSSON säljer alla sina gods i Wærend till Peter Öjarsson, för 22 mark lödigt silfver.
Saml. afskr. i Riks-Arch. Sign. J. 6. fol. 241.

Omnibus presens scriptum cernentibus, BENEDICTUS, PETRI quondam FILIUS Salutem in eo, qui est vera salus. Nouerint vniuersi, tam presentes quam futuri, quod ego B. Pæthersson, discreto viro Petro Öarsson hereditusque suis cuncta predia mea in wærendia sita pro XXII. marchis puri argenti, irreuocabiliter vendidi, iure perpetuo possidenda. ut hec emcio suprascripta, per me, uel meos heredes revocari nequeat in posterum. In testimonium et cautelam contuli sigillorum scilicet Byrgeri Vixtenssons, Haquini Benchtsson mei filij, et vxoris mee Ingridis. Göstau quondam filie pariter munimine roboratas. Datum Skæningie Anno Domini M. CCC X.III. die beati Olau Regis et Martyris gloriosj.

Enligt teckningen under afskriften, hafva 2 sigill funnits i behåll, hvaraf Bengt Peterssons varit fullständigt.

1934.

1313 d. 15 Aug.

Skara.

Biskop BRYNOLF i Skara intygar, att framledne Domprosten Bengt Tuneson upplåtit till borgaren Sven Bradhavidher en jordlott på Domprostens ägor bredvid Svens gård, mot stängselskyldighet och en årlig afgift af en mark penningar för nämnde lott och $\frac{1}{2}$ mark för den gamla gårdsplanen, eller, i händelse af myntets förändring, 3 alnar lagligt och godt kläde från Ghent, hvilken öfverenskommelse, på den nu varande Domprosten Bengts och Kaniken Ragnars begäran, stadfästas.

Registr. de bonis Præposit. Scarens. perg. pag. 15.

Omnibus presens scriptum cernentibus B. diuina miseracione scarensis episcopus Salutem in domino sempiternam. Notum facimus per presentes

nos per testes fidedignos veraciter intellexisse quod dominus benedictus tunason prepositus quondam scarensis et sweno bradhawidher magher eius scarensis mutuo accedente assensu inter se taliter conuenerunt videlicet quod ipse sweno et heredes sui post ipsum deberent habere perpetuo quoddam spacium vlgariter dictum maal de agro ipsius prepositi iuxta curiam dicti swenonis versus orientem et viam sex cubitorum in latitudine directe tendentem de dicto spacio ad pontem situm iuxta domum fratrum predicatorum scaris. per quem transitur ex parte orientali in ciuitatem hae adiecta condicione quod idem sweno et heredes sui ac omnes ad quos dictum spacium declinare contingeret in futurum sepem legittimam inter viam illam et agrum facere tenere et quociens necesse fuerit reficere tenerentur et soluere singulis annis ipsi preposito et omnibus suis successoribus marcham denariorum pro dicto spacio et dimidiam marcham pro area antiqua curie swenonis supradicti nomine pensionis. Et si forsan monetam notabiliter meliorari vel deteriorari contigerit tres vlne de vero et legali panno gan-deuensi ipsi preposito et suis singulis successoribus singulis annis ante pascha absque omni eciam exactione soluerentur. Alioquin *tam area* antique curie quam dictum spacium soluere in termino prefixo cessante prescripcione seu quolibet alio possessionis tytulo non obstante statim ad preposituram libere deuolui deberent et redire sublata eciam penitus et expresse ipsi preposito et cuilibet in prepositura sibi succedenti facultate qualibet conuencionem eandem aliquo modo irritandi vel cassandi Nunc autem mortuo preposito supradicto discreti viri magister benedictus nunc existens prepositus et memoratus sweno in presenciam nostra personaliter constituti presente et annuente domino Ragnero canonico nostro iam dicti agri possessore conuencionem eandem ratificauerunt et fecerunt ex nouo promittentes firmiter quod ipsam infringere vel subuertere nunquam conabuntur et petentes instanter eandem auctoritate nostra confirmari Nos igitur conuencionem supradictam tam racionabiliter factam approbamus et sentencialiter confirmamus et presentes super hoc litteras ad instanciam vtriusque partis in testimonium concedentes sigilli nostri et sigillorum magistri benedicti prepositi supradicti et capituli nostri dicti domini Ragnari canonici nostri joonson aduocati scarensis communitatis ibidem et sepedicti swenonis munimine roborantes Datum scaris anuo domini M^o CCC^o XIII^o jn die assumptionis virginis gloriose.